

DIDASCALIA V.

Pœnitentia criminis est lapis philosophalis.

DE lapide Philosophali quid non commenti sunt, qui volunt divites fieri? Vix dici potest, quibus amentes se exposuerint curis, vigilijs, laboribus, sumptibus propter imaginarium lapidem divitem; quin respuerint vel redacti in egestatem. Videtis dicta in *Ephemer. 1. Maij* à n. 2. ex Kircher. in *Alchim. hieroglyph. Class. 10. cap. 7.* Principium huius deperditæ mentis est illud Ægyptiacum proloquium; scilicet: *Cælum sursum, cælum deorsum: Astra sursum, astra deorsum: quod sursum omne id deorsum.* Hæc capite & prosperare. Huiusmodi ænigma ita exponit Kircherus loc. cit. *Post putrefactionem corpora se in altum elevant in colorem albedinis celestis, que albedo vita est: qua anima spiritibus Solis & Luna infunditur, separatur impuro ab impuro, ex utraque terrestrium sæcum contagione, celestem quandam indolem acquirit.* Utile exponamus ex imposturis remedium. Tota huiuscemodi cogitationum machina intendit ex quolibet conficere aurum, ac ex vilibus pretiosis; quod duntaxat periclit studiose pœnitentia, si separaveris pretiosum à vili, gratia iustificantis albedine: igitur spiritibus Christi Solis & Lunæ Virginis-matris anima animæ infunditur, splendori restituitur per albedinem mirabilem, qua celestem acquirit indolem, separato impuro ab impuro, singulari pœnitentia artificio, sine vita carnis in ipsa carne, exuta terrestris feculentia contagione. Canit Paulin. *Consular. Carm. de Baptis. à v. 261.*

Ænigma lapidis Philosophalis.

Kircher.

Quomodo lapis hic fit pœnitentia?

Paul. Consul.

4. Reg. 25. 35.

Que perditæ servant.
 Hic quicumque hominum vita commissa prioris
 Pœnitet, & tandem sensu meliora volutat,
 Ille remansus erit.
 Sæpe in expositione Tautologiæ vidimus, quod contingit in exterminio templi Hierosolymitani per Nabuzardan, discernentem ac segregantem inter spolia, que aurea, aurea: que argentea, argentea. Si ex argento, planè argentum: si ex auro, aurum: quo ergo intuitu si spolia ex auro, dicuntur aurea; & ex argento, exponuntur argentea? Aliud & aliter conficit gratia, & aliud perficit sine ulla commutabilitate natura. Au-

rum & argentum à natura est: haud potest mutari fors. Ferrum est ferrum, quod lapide Philosophali mutatur in aurum. Quod factum ab avaritia, constat virtus pœnitentia, dum templum Dei per peccatum destruitur, ac per illum restauratur: meditanteque dicuntur que aurea, aurea; que argentea, argentea; ut pateat que per pœnitentiam facta à gratia: equidem si ferrum crimen propter legis transgressionem; inveniunt lachrymæ lapidem philosophalem: quandoquidem que averfione ferrea & ferrea, per pœnitentiam convertuntur in aurea. Vivide Hispanà dialecto: *Tà no ay hierros, si llorados.*

Modò vita sequatur,
Que probet abiatos vitam damnasse priorem.
 In Tautologia principali idem acumen in lachrymas. Obvult Regina Saba Principi Salomoni gemmas pretiosas. Æthiopic. *Singulares lapillos.* Pendet lapides occurrunt in offendiculum: gemmæ verò in spectabile pretium: dicuntur que singulares, propter miracula pœnitentiæ virtutis: igitur que animæ delinquentis offendicula, fulgent cum pœnitentiæ gemma pretiosa. *Emicant & faces, non nisi dum decidunt:* ait Plin. *lib. 2. cap. 26.* Cassus illis splendoris fomes: incendit illas decedentes frigus, & concepta flammâ, rursum igne surgunt in altiora. Non secus animæ, gratiâ usque in æthera ducta, frigore charitatis infeliciter cadentes, que nequaquam emicarent, ni deciderent: iuvie in flammam frigus, & incendit sctum cassus quandoquidem per lapsus toto corde pœnitentiam acriorem sursum conceperunt flammam. *Sæpe maiori fortune* (inquit Seneca, *Epist. 91.*) *locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, ut altius surgerent, & in melius.* Sunt utique diuturna & melioribus auspicijs in ævum longius condita? Quæ à pœnitentiâ perfecta: equidem corda que crimine omnino terreas dolore facta sunt aurea. Maiora momenta contulit iniuria; quia non ceciderunt ut sic manerent, sed ut altius & in melius, validius surgerent.

3 Deliquit Petrus, factus confusus, ratione collocatus criminis in tenebrosis & in umbra mortis. Flevit amarè. Quid inde? Quid? *Ita ut in plateas eiecerent infirmos, & ponerent in lectulis ac gradatis; ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Umbra symbolum peccati est, quo recedit pravus, ne pateat vulnus: ægrofque sanat umbra Petri, à quacunque detentis infirmitate? Mirum sanè, vulnera sanari vulnere, & tenebras tenebris

Conversit ferrea in aurum.

Paul. d. vi. 267.

3. Reg.

Que effunditur gemma pretiosa. Plin.

Senec.

Pœnitentiâ qui lapsus surgit in melius.

Ad. 5. 24

illu.

illuminari; ut qui umbra tacti vindicaretur ab umbris & ægritudine.

Arator.

Quod peccatum, pœnitentiâ fit portentum.

Pœnitentiâ que comitatur malum, in peccatoris exemplum.

Arat. d. vi. 483.

Umbra pœnitentiæ, fugit umbra peccati.

Ut vitis noxique resolverit agros,
 Uti canit Arator, 1. in *Æth. Apostol. v. 51.*
 Mirum prosum, quod peccati clarum signum esset in Petro portentum. Unde ergo in tenebris tanta lux? Pœnitentiâ in lumen mentium erat sanatis fons. Pœnituit, doluit, peccatum amarè flevit: cumque pœnitentiâ illustret, quod animam deturpavit (commutando in defecatum aurum, durum cor ferreum) Petri crimen transtulit in lucem: etenim quod grave in umbra delictum, ex flatu & cordis punctione refulsit tanquam miraculum. Sit ergo: verum quomodò Petri umbra convertita in lucem, deservire potuit ad aliorum sanitatem? Ægritudinis illorum erant signa ægritudinis mentium, qua plus quam in lectulis iacebat in umbris cor, sine mente insulsa mens, conscientia vulnerata: peccatumque Petri ægros peccatores à vulncribus levat, dum umbra umbris iacentes illuminat; quoniam in umbra miraculum, quando Petri pœnitentiâ ministratur in exemplum. Ideo dicitur ab Aratore, *v. 487.* *Luminis umbra.* Est umbra sine lumine, ubi nulla penitudo de commissio crimine: est umbra & simul splendor, ubi corde de crimine sedet dolor: unde si in umbra signatur lapsus, & lumine fletus; videntes in umbra lucem, iacentes in lectulis recipiebant sanitatem: Petrusque ostendebat ægris refulgentem umbra; ut ex ipso discerent vulnerari pœnitentiam.

Si properas, iam nemo iacet: tu motibus umbra Corpora cuncta levas.

4 Imò animas, expellens ex umbra tenebras. Dicit contextus: *Umbra ut obumbraret, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Ex umbra sanitas, qua sauciorum notatur infirmitas. In umbra signatur vulnus & salus: vulnus ab umbra tenebris, salus ab umbra copiose lucis. Clariùs: Ab umbra sanantur infirma corda, si peccati non est umbra; cuius impedit corpus penetrare gratiæ lumen, & conferre sanitatem: umbraque illuminatâ Simonis, liberantur iacentes ab infirmitatibus suis; quoniam umbra pœnitentiæ evanuit umbra peccati: ita per illam illis favente gratia, ut in corpore mortis nec esset umbra. Vid. *Tom. I. T. 4. D. 6. n. 14.* *Ut liberarentur ab infirmitatibus suis.* Nulla maior vulnere criminis: Petrusque ostendens in umbra languores, que gravabantur; ostendit quoque medicamina cum quibus liberarentur: equidem demonstrans *Tom. VI.*

vulneris umbra; in lucem sauciorum dedit medicamen pœnitentiam. De peccato damnavit peccatum, ubi conficit de veneno remedium. Sed hoc aliàs. Haud sine imitatione recedat, *quancis gravis morbi quantitas* (ait Bernard. *de Convers. ad Cleric. Bernar. cap. 5. n. 7.*) *& curatiõis difficultas:* quomodoquidem ut influat sanitatem, quod virus per ægritudinem; pœnitentiâ ex ipsis umbris mirè profert splendorem.

5 *Deus dixit de tenebris lumen splendescere:* asserit Paulus Numinis ostendens gloriam, per collatam hominibus gratiam (uti observat Dionisius de *Divin. nomin. cap. 4.*) gratiam vocans lucis radium, atque tenebras flagitium. Tota laus in gloriam gratiæ Dei: equidem plenior in Patre lumen, vocare homines in gratiam de tenebris peccatorum; ut eius per pœnitentiam claritas illuminet mirifice tenebras, que pœnitentiâ irradiant in his qui in tenebris sedent. Aliter Ecdras conficit Divinitatis plausum. *De thesauris lumen luitosum.* Si encomium divinæ potestatis lumen de thesauris lucis; quomodo quòd lumen splendesceret de tenebris? Si lumen est gratia, mysterium magna odoror in luminis differentia. Tam in homine, quam in Angelo Deus erat condens naturam & largiens gratiam: de quo Augustin. *lib. 12. Civit. cap. 9.* Uterque ab illo statim felicissimo corrigit; sed uterque non surrexit: igitur quia placuit ei, erexit hominem; & sub caligine æternis vinculis igneis reservavit demonem; propter unum peccatum, procella tenebrarum perferat in æternum. Magnus utique Dominus producens lumen gratiæ in naturam luminosam; sed non maximum: igitur reflat in ostentationem magnitudinis, lumen splendescere de tenebris: restitutaque gratiâ homini, nihil dicitur de luminoso lumine; ut pateret quanta gratiâ, illum educens à tenebrosa culpa, quin è diaboli tenebris fulgor refluere lucis: etenim peccante homine ex tenebris eduxit luminis formam; ubi in formam lucis novæ cogitavit pœnitentiam. Damonem de tenebris non extraxit, hominem in lumen miseratus restituit. Hic doluit, ille & pervicax non pœnituit. Unde cum pœnitentiâ illuminet tenebras, & umbrarum criminum tollat umbras; magis quam luminosa gratia dicit splendorem, de tenebris peccatorum gratia splendescere lumen.

Reparabile damnum.
 Equidem per pœnitentiam vicit nitore luminosam gratiam. *Rediviva natiõis conditionis innocentiâ præfert:* subdit Ambrosius

Bernard.

2. Cor. 4. 6.

4. Ecd. 6. 40.

An plausibiliter lux de thesauris lucis, vel ex tenebris?

Ovid. r. Amer. eleg. 14. v. 55.

À à

fius

Ambros. *sius de Pœnitent. cap. 5. igitur si accensus ex dolore in pectore fumus, incendium semper in maius.*

6 In conditione hominis apparet Dominus in igne. Post lapsum, quasi in rubo, fucili ligno; Apparuit Dominus in flamma ignis. In flamma, ut eius rutilaret misericordia, & per exhibitum lumen, remedium praberet in admittam corruptionem. Flamma nil aliud præter fumum accensum; lux gratia, fumus peccatum: apparetque Dominus in flamma ignis; ut constet conversio quanti splendoris: igitur fumum peccati per penitentiam, convertit in gratiæ flammam. Si flamma fumus accensus, prodest in mentis illuminationem fumus. Hic excitat lachrymas: lachrymis pœnitens de seipso fumic accerrimè pomas: in flammaque ignis Dominus benignè apparet; quia cor contritum & humiliatum non despicit: igitur videns hominem præ pudore ac dolore lachrymantem; convertit fumum in gratiæ insufficientem fulgorem.

In vitio decor est. Quod umbra, speciosa lux: rutilante præ pœnitentiâ speciosiore gratia, eò quòd splendor tantus esset ex umbra.

7 Nunquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblivioni. Quid quòd mirabilia cognoscantur in tenebris? Quæ in tenebris miracula, ut in tenebris designentur mirabilia? Conversio cordis ad Dominum, post peccati præ dolore fletum, illuminante gratiâ, revocat à pœnitentiâ. Tenebræ status sunt peccatoris, devij a tramite legis, aversione voluntatis collocati & iacentis in obscuris: gratia lux est, quæ è tenebris educit felix cor. Magnam utique, si exortum in tenebris lumen rectis; sed mirabile, exortum in tenebris lumen pravus: & præmissa pœnitentiâ, non solum magna, sed in tenebris cognoscuntur mirabilia: quia anima ex fumo in gratiæ splendorem, & ex tenebris criminis revocatur in lacem. Magna sanè gratia, sed mirabilior pœnitentiâ omniâ, cor disponente in accessione lucis, ut vindicetur à peccati tenebris: in tenebrisque Numinis cognoscuntur mirabilia; quippequàm eius amplior cognoscitur gloria, ubi lumen gratiæ natum, in tenebris peccatorum. Quantum valent tres syllabæ. Tres syllabæ sunt, Peccati: sed in tribus syllabis flamma sacrificij cordis ad cælum ascendit: ait Ambrosius loc. cit. in Exhortat. Flamma accensa est ex corde fumofo, ut formaretur ad cælum cordis contritio: nullaque esset in salutem desperatio, quanvis gravis morbi quan-

Unde in tenebris peccati cognoscuntur mirabilia

Ambros. *titas, atque curationis difficultas: equidem Dei amore, operante pœnitentiâ, etiam in tenebris cognoscuntur mirabilia. Splendidum fumum: dixit Homerus, 10. Odysse. v. 152. Quomoddò fumus & splendidus? E fumo nigredo: à splendore pulchritudo. Profecò, sed si pœnitentiâ lux; vel in vicio decor est: quandoquidem accensa cordis flammâ, quàm versus cælum insularunt suspensia, rutilat summa splendoris, ex fumo plorati criminis. In tenebris: Verùm quare? Ex Dei pretiosa miseratione, honorantis pœnitentes; quia ex flamma procedunt in ignem superioris charitatis: igitur ponit tenebras coram eis in lucem & prava in recta, siccans hominis voluntatem, ut sequatur ex ipsa curvitate reitudinem. Quid ultra? Maiora. Trahunt humana corda iniquitatem in funiculis vanitatis, quæ disrumpuntur à virtute pœnitentis; dum cognoscant per dolorem voluptatum vanitatem: tuncque Deus ostendit malum bonam, & bonum malum. Bonum malum; quippe adduxit in tenebras, & non in lucem: malum bonum, quoniam vexatio pœnitentis, tenebris illuminatis, in cognitionem erroris. Amarum in dulce, quia solamen ex dolore: dulce in amarum, quippequàm amarum reliquisse Dominum. Ponit ergo pœnitente, contrito corde; tenebras lucem, & lucem tenebras; ut pietatis & amoris supereminet singularis claritas: igitur per cordis contritionem, non solum tenebras peccati commutat in gratiæ lucem; sed post lucem tenebræ criminibus studiosè quæruntur, quoniam post penitentiam, uti in tenebris densis, nulla videntur.*

8 Expectat Dominus, ut misereatur vestri (dicit Propheta Evangelicus) & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus. Magna exhibetur erga hominem dilectio; dum sessurus in crinum discuffionem in iudicio. Si repente interrogaverit, quis respondebit? Deique iudicij contritionem expectat, ne iudicet & corripiat. Diximus Tautolog. 1. D. 2. n. 14. Modò inquirendum, qua lege si Deus iudicij, iudicium parcendo relinquatur, ac remissione exaltatur? Fit Dei iudicij exaltatio, cum omnia fuerint exposita eius indeclinabili iudicio. Exponuntur omnia quæ sunt peccata: & sine peccatis pœnitentis eius iudicij sunt omnia; quippe iudicio non corripit, quicquid peccator pœnitendo delevit. Exaltatur pœnitentiam expectans, & exaltatur impœnitentes dijudicans: semel damnat; & exaltatur iudex, dum pœnitentiam expectat; quia tunc iudicium maximum, si in eius iudicium,

Hom.

Ist. 5. 20.

Quare in pœnitentiâ luce subsistunt tenebræ?

Cap. 30. 18.

Quod sub illa peccatum, extra Dei iudicium. ciam, nullum: quandoquidem quod competit iudici, omne iudicium parcens est iudicium pœnitentiæ. Deus iudicij Dominus, ni iudex contumax pectus. Iudex sine iudicio, quia nulla criminum causa, comitante pœnitentiâ: equidem cum a iudicio subtraxerit; sine causa in sententiam non erit quomoddò iudicet.

In Traabin. v. 747. Ethoicus dicebat: pœnitentiæ mirabilia pœnitens ignorabat. Timebat iudicem, recognoscens crimen; sed nequaquam cordis pœnitentis dolorem, infecta facta facientem: igitur infecta facta per penitentiam, quum iudex in iudicium nullam invenerit causam. Nec tamen infelix, sceleris quem pœnitet astitit.

9 Talis est vita mulieris adulteræ (ait Sapiens) quæ tergens os suum, dicit: Non sum operata malum. Ambros. hic, cap. 5. Post meretricem sit virgo: talis via meretricis, quæ postquam abluta est, dicit se nihil mali fecisse. Quomoddò in malo, nihil malefactum? Quoniam pœnitentiâ infectum. Iniquitate criminis exitit maculata: deinde lachrymis abluta: nihilque fatetur mali fecisse, in peccati commissione; quia nequit dici polluta, ubi nulla apparet macula. Ita vita adulteræ? Talis ergo ex tenore sententiæ. Coram Christo iudice Pharisæi adduxerunt scemellam miseram, in adulterio comprehensam: ita ut tot testibus & auctoritatibus, inficiari nequiret veritatem obiectionis. Dum accusantur malitia perseverabat, iudex circa causam scribebat, cuius decreto, causa relicta unus post unum abibat. Erigens se lesus, dixit mulieri: Nemo te condemnavit? Quæ dixit: Nemo Domine. Cur nemo damnat, ubi veritas & cum testibus accusat? Quia sine macula, quæ accusata est ut adultera. Quæ crimine se polluit, lachrymis abluat: nihilque mali fecit, quæ malum fecerat; quippequàm malum ploraverat: visaque lachrymâ, statim culpa sepulca. Hinc accusatorum unus post unum abibat. Fugiant, igitur talionis pena impendebat: quandoquidem ne falsi invenirentur testes, onere depositionis; iudicium peccatè evadunt. Fecerat lachrymis pœnitentiâ iudicium: nec ausi persistere usque ad fulmen proferendæ sententiæ; quippe nihil in adultera videbant, de quo recto iudicio dudum testes accusaverant. Semel Antipater longas contra Olympiadem cum scripsisset literas; lesis his ab Alexandro (ait Plutarch. in eo) Ignoras, inquit, infinitas que-

S. Brun.

Prov. 30. 20.

Ambros.

Facta facit infecta.

Ioann. 8. à 10.

Sepeliuntur culpe, si apparent lachrymæ.

Plutarch.

rimonias unicæ matris lachrymâ oblitterari? Efficacior intercessio Virginis-Marris, ubi ad illam refugiant accusati à conscientia ac demone peccatores; instante in damnationem iustitia divina, ut poenâ æternâ corripiantur peccata: evaduntque salvi, qui sine illa descendent in barathrum; quoniam quequid scriptum, unicæ Marris lachrymâ totum abolitum.

10 Ergo in institutum. Pharisæi querebantur apud iudicem de feminâ crimine, quod deleverant lachrymâ. Accusant, verùm recedunt: cur non perserunt usque in finem iudicium? Crimen, quod accusaverant, nesciunt: igitur ingenium pœnitentis, fecit infecta de factis. Nemo te condemnavit? Nemo Domine. Potentes profecò lachrymæ, vel in tremendo iudicio. Nec ego te condemnavo. Haud condemno nisi culpam. Ne inveniretur culpa, contuli gratiam. Evanuit, quin condemnare iurè non acta possim, removens misericordiam, ac intendens in iustitiam: quandoquidem te fugientes non condemnant, vel qui accusabant: per cordis puncti pœnitentia dolorem, disparuit crimen: & cum non essent vel in scriptis actorum acta, evanuit etiam iustitia; quo cognita tribunali mirabilis pœnitentiâ. Modò intelligitur Davidis hemistichium præfatum: Nunquid (scilicet) cognoscuntur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblivioni? Dei in tenebris peccati cognoscuntur mirabilia; quia adventit in fulgorem celestis gratia, interveniente in umbrarum expulsiorem, & præsentiam lucis, reconciliatrice pœnitentiâ. Verùm quid pœnitentiæ miracula, ut in terra oblivioni Dei collocetur iustitia? Effectus eius mirabiles, ut recurrant in pœnitentiam etiam desperati peccatores. Iustitia exercetur in reos: & ratione pœnitentis degit in terra oblivioni; quia peccatum non invenit non pertinet ad iudicium. Iustitia assistit, & in poenas insillit, quocumque peccatum fuerit: in terra que oblivionis fulmina vibrans habitat, quum homo peccata plorat; quia pœnitentiæ ac lachrymis peccata in terra oblivioni.

11 Anima post meretricem sit virgo. At quomoddò? Apud Angios (ait Paulus, cap. 80. ex quo Natal. Comes, 2. Mytholog. cap. 4.) Neptuni templum, in quo fons: eoque fonte proditum, lunonem ubi quotannis laverit, virginem fieri. Fons pœnitentiæ est, quo abluta adultera, corrupta per crimen: nec in ea iudicium invenit corruptionem; quoniam per cor dolore contritum, lota in fonte lachrymarum. Iustitia haud cedit, de quo pœnitens dolet, quia factum

Maria re. fugium peccatorum.

Verf. 11. Per criminis dolorem, evanescit crimina.

Ubi faps?

Fons Canabou. Paulus.

infectum facit; virgoque sine macula erat anima, priusquam ex lapsu corrumperetur à culpa: poenitentiaque immaculata virgo apparet post meretricem; quoniam innocentie index invenit integritatem. Iam reparabilis arte, quod in natura difficile. *Gratia Spiritus-Sancti* (dicit Chrysofom. de Magdalena ferm. de *Pentecost.* Tom. 3.) *invenit meretricem, & virginibus coaquavit.* Iccirco fons in templo Neptuni, significantis mare; cuius amaritudine redditur animæ virginitatis decor, & gratiæ speciosus color: equidem cum venisset poenitentia, à qua aqua abstergerit prorsum macula; virgo casta exhibetur iudici Christo Domino, quippe facta ad nuptias velut mare contributio. Anima igitur meretrix facta, in adulterio comprehensa sed *virgo post meretricem.* A sæculo non auditum; sed à poenitentia factum, quæ factum signat infectum, fonte insigni cuius aqua corruptæ virgines fiunt. *Hæc quidem fuisti, sed abluti estis, sed sanctificasti estis, sed iustificasti estis.* Inveniant poenitentis fontem, & lachrymæ restituerant ex vanis idolis amissam virginitatem.

Chrysof.
Quomodo
anima vir-
go, ubi cor-
rupta pecca-
tor

1. Cor. 6.
11.

Plaut.

Pfal. 35, 3.

Iniquitatis
horror, si
fomes quo in-
cenditur a-
mor.

Plaut.

12 Vincit poenitentia arbitrata impossibilia. Apud Plautum in *Captiv.* Act. 5. scen. 3. v. 19. dicit Hegio:

*Quod male feci, crucior modò:
Si infortunium fieri possit!*

Potest, animum in contraria converso, & post adulterium anima apparere virgo. Cruciat, quod malum fecerit. Iam abluit, si cruciatur: equidem si dolor est, infectum ex facto fit. Si à peccatore defenditur factum; studet, ut inveniatur iniquitas eius ad odium. Est iniquitas ad odium, & odium iniquitatis: in odiumque peccator etiam factorem impellit, quia malitiam non odit. Haud odio habetur, nisi cui placet iniquitas. Movet miserationem ingrata pravitas: caditque sub iudicis supplicio pravi studiosa transgressio; quoniam iniquitas ad odium provocat iudicem, si plebendus in iudicio non odit iniquitatem. Si invenitur iniquitas ad odium, est iniquitas ad lubitum? Plane, studio poenitentia: etenim iniquitatis horror, est fomes quo crevit amor.

13 Vel Ethnicus novit. Idem in *Amphitr.* Act. 3. scen. 2. à v. 59.

Ira interveniunt: redeunt rursus in gratiam.

*Verum ire, si que veniunt huiusmodi,
Et rursus revertunt in gratiam est;
His tanto amica sunt inter se, quam prius.*
Plutarch. in *Erotico.* Suffragatur: *Sicut cum à nubibus exit Sol, ac post caliginem fer-*

ventior est; ita amor, cum intercessit ira, pace facta, reconciliatque animis, iucundior est & acrior. Eadem Petr. Victor. *Variar.* lib. 4. cap. 14. & 5. cap. 23. Ex fumo accensa flamma, quæ semper fursum, & versus cælum: igitur si anima labat; cadit ut velocius surgat. Haudquam ut procedat de luce mutuo in caliginem ac nigredinem; sed tantum de fumo in lucem: equidem si lux de tenebris cordibus nostris splenduit, duntaxat ad illuminationem illuxit; quoniam si in vomitum redit cor luce gratiæ illuminatum, eius iniquitas invenitur ad odium, dum à forma poenitentis, promissum serio & odium iniquitatis. Cecidit Madalene à dilectione. Cecidit, sed non corruit: igitur ita surrexit, quom quid fecerat cognovit ut sibi videretur non satis erga dilectum, nisi diligeret multum. Semper in Iesum ductus amore Petrus. Unde recedebat alijs, dixit: *Domine ad quem ibimus?* Ioann. 6. 68. Propter illum reliquit omnia. Proh fragilitas humana! Omnia propter illum reliquit; sed se non reliquit, dum negavit. Lapsus est, verum post nubila clarior sol: acrior amor & vehementior: accensa ex fumo flamma, erroris respicientia; quin ille arbitraretur respondere flammæ amoris, nisi diligeret plus cunctis. Venit de cælo oculis eius voluntaria pluvia, verum non est infirmata. Aquæ multa suffocantes cor, excitantur charitatem, & ita incendunt amorem; ut percussa petra in aqua vomeret ignem.

Plutarch.

Homo cœpsi
rat, ut poe-
nitentiâ al-
tius surgat.

Luc. 7. 47.

Ioann. 2. 14.

S. Bened.

Non prope-
sinitur poe-
nitentiâ.

Guerric.

Ambros.

Horat. 1.
Epi. 11.
v. 22.

14 Si ex poenitentia tanta errantibus felicitas, unde homini tanta vanitas? Fallit volatilis aras, & tempus longum brevissimum. Ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? *Ideo nobis* (inquit Almisticus Doctor Benedictus in Prolog. *Regul. Sanct.*) *propter emendationem malorum, huius dies vite ad inducias relaxantur: ut mala melioribus corrigantur actibus, apides excutiat peccus, superfluitates excoquantur ieiunijs, macule diluantur lachrymis. O felix humilitas poenitentium!* O beata spes! *Quam potens es* (exclamat Guerricus, ferm. 2. *Quadrages.*) *apud Omnipotentem, quam facile vincis invencibilem, quam citò tremendum iudicem convertis in patrem!* Ecce nunc tempus acceptabile. *Qui positus in ultima necessitate aegritudinis accepit poenitentiam* (subdit Ambros. d.) *& mox reconciliatus fuerit, & vadit: idest, exit de corpore; fa-*
teor, non illi negamus quod petit: sed non presumo dicere, quia bene hinc exit.
*Tu quamcunque Deus tibi fortunaverit horâ;
Gratâ sume manu, nec dulcia differ in annâ.*

DIDASCALIA VI.

Amor cordis deaurata pestis.

1 Sæpe inveni sumus in huiusmodi vitium, quippequam palam grassatur incognitum: ita obcecans mentem vigilem, in meditatam fraudem, quasi virtutis dulcedinem; ut extollatur iustitia, quæ stulta mera philautia. Sic (ait Bernard. de *Vita solitaria*, cap. 15. n. 53.) *Sic superba ex usu voluntas, in magna sepe cordis inopia tumentem efficit animum: unde procedant vana gloria, fiducia sui, negligentia Dei, iactantia, inobedientia, contemptus, presumptio, & cetera animi pestes.* Vid. in *Liter.* n. 46. & *Tautolog.* 2. D. 3. n. 3. Tom. 5. T. 9. num. 13. Contra poenitentiam amantes sui adorant philautiam. Illa nil videt quod sibi placeat: hæc nihil quod displiceat, errans iudicio, ac persistens in errato: equidem nunquam potest averfari, cuius nequit poenitere. *Quæ aurea aurea, quæ argentea argentea* segregatas dum à Nazuzardano templi moles demolita. *Quæ aurea, aurea: Quæ argentea, argentea:* Quando non? Ubi à philautia fulminatur lex: igitur ferro viliora indicantur argentea, æstimantur ut aurea. Ex huiusmodi vanissima æstimatione ex exultatione, lapide Lydio phantasia; voluntate superba, cœnodoxia, sui fiducia, arrogante iactantia, presumptione, contemptu alieni iudicij (quæ omnia pestes animi) ubi ad lubitum ius, ambulant philauti in magnis & mirabilibus super se, gloriose delirantes iudicio erroris: siquidem plaudentes signant ut aurea, quæ à prudentibus reputantur in vasa testea. Suffragatur Tautologia. *Gemmas pretiosas singulares* obrulit Regina Saba in deliciis ac decorem Salomonis. *Singulares.* Tinea in splendorem virtutis. Proprio amore quod pretiosum, amittit singularitate pretium: etenim cum sibi placeat, est cunctis displiceat; cunctis singularis scoria, quod philauto videtur pretiosa gemma. Haud æstimat præter est, sed præter phantasia concipit: & in æstimatione iudicij errorem ostendit; quippe æstimat quod tantum titiviliçium, super aurum & topazion.

Bernard.
Philautia
sentina vi-
tiorum.

4. Reg. 25.
15.

Lutes indi-
cat aurea.

3. Reg. 10.
10.
Æthiop.

Apocal. 21.

2 Platea civitatis Ierusalem celestis haud degener à reliqua pretiositate civitatis. *Platea civitatis* (ait Ioannes) *aurum mundum tanquam vitrum.* Platea, iuxta

mentem Alapide, idest, pavimentum. Quo modò igitur signatur ut vitrum; quod ut potè pretiosum demonstratur ut aurum? Necessè, variari iudicia, vel metalla; cum si gnetur aurum & simul vitrum. Utrique. Objicitur iudicium amoris proprii, & unà iudicium cœli. Cælum iustitiam veritatis Heralcio lapide indicat de pretiositate: Amor proprius rude saxum, de pretiositate duntaxat æstimatione. Rectum de actibus iudicium iuxta cœlorum examen, haudquam iuxta propriam æstimationem: aurumque vitrum dicitur, ubi in cœlo collocatur; quia quod à philautia æstimatur ut aurum, in cœlo ut saltem despiciatur tanquam vitrum. *Privato nos amore diligentes* (inquit Gregor. homil. 4. in *Ezechie.*) *clausi oculis in nostra deceptione nobis blandimur.* Splendor vitri nullius protectò momenti: momenta auri ex splendore: & dum philautia actus ostendit ut aurum, examine apparet vitrum; quippe splendor ex deceptione cordis, videbatur duntaxat oculis clausis. Qui lomia claudit & videre dicit, non videt oculis, quoniam visa phantasia tantum specie: vitrumque dicitur, quod ut aurum à phantasia videtur; ut patet amoris error, dum vitri decipit fulgor: igitur philautia haud sequitur actionum pretiositatem, sed in apparentiam commentitium splendorem. Notum, dum allicet exultimata pretiositas;

Eius æsti-
mationi er-
ret.

Greg. Mag.

Videtur oculis
clausis.

Alciat. Em-
blem. 69.

Caligat mē-
te.

Senec.

Nilque phas præter trudere phantasias.
3 Amuletum ex ipso testimonio præparatur in vitium. *Platea aurum mundum tanquam vitrum*: idest, pavimentum. Patent quæ momenta æstimantur à philautia, cuius iudicium pravum (si iudicium) dum vanè extollitur, & in risum à se plauditur; igitur quod splendens magni ducitur ut aurum, in cœli examine concalcat tanquam vitrum. Hoc habet periculi huiusmodi infirmitatis mentis: non enim cognoscit pericula infirmitatis: nequitque respicere, sine damni cognitione. Hoc summum malum; quippe in illud non vult sollicitare remedium; cum videatur superfluum medicamen, sanis vendenti salutem. *Inter cetera mortalitatis incommoda* (inquit Senec. 2. de *Ira*, cap. 9.) *& hæc est caligo mentium: nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor: gravis prorsum morbus, maxime in spiritualibus: igitur ita infatuat mentem vitium, ut vel iniuriarum arbitretur obsequium. Fregit Dei præceptum pervicax in transgressione Saul, sine exterminio Amalec; & in eum ita invehitur Samuel: *Quare non audisti vocem Domini, sed fecisti malum.* An de tanta culpa respicientia? Imò audisti (respon-*

dic) *vocem Domini: implevi verbum Domini.* Hæc non penitentia, sed procacitatis audacia. Legem frangit, & frangendo legem implet? Quis diceret nisi demens? Tunc parvulus iam non erat in oculis suis: de se cogitabat magna, et si contrarium dicerent divina verba. Sine cognitione sui, tantum blandiebatur sibi, se auctoramine cogitans legis formam, per arrogantem philautiam: quæ quidem ita eius evacuavit cerebrum, ac ingulavit iudicium; ut legis arbitraretur plenissimam perfectionem, totam perfringere legem. *Implevi verbum Domini.* lactabundè loquitur, dum omittit quod præcipitur: præceptum cogitans, quod sibi placet, & ad proprium arbitrium quicquid displicet: errore fovens, ac in perniciem defendens, quia non tam nocet error, quam erroris dulcis amor: etenim devians omnino à præcepti præscriptione, gloriatur stultè de adimplerione præcepti.

4 Dicat ipse, ut reus pateat ex propria confessione. Præcipitur à Domino, quod deleat Amalec (regem eius, usque ad peccora) ita ut regis & regni nec sit memoria; & ille: *Adduxi Agar regem & interfeci Amalec.* Utrumque præceperat Deus, sed aliter amor proprius, commodo ductus, & avaricia ilectus: qua pangitur philautia, semper sollicitans, vel contrariè lege, suas igitur cum propriam nonnumquam quærat utilitatem; totum studium & hinc & inde interpretari legem. Satagit anxie deaurare turpes actiones, ne pateat deformitas turpitudinis: quò pretiosior bractea, maior in corde latitia, in sui blandimè, obsequio Dei quoad speciem: *Demolire universa eius, bovem & ovem; sed tulit oves & boves ut immolet Domino Deo.* Sic impostor amor proprius, dum ex falsæ venerationis officijs altè depicatur Deus: equidem cum actio daretur probro, ni Numinis interesset venerationis; apparet tantum reverentiæ species, ut tutius fraus proprij perficit amoris: despiciat enim præcepti divini vox, velamine delectabili, ac titulo obsequij Dei. Pendè pestem, ut eius fugias perniciem. Increpatur, eò quòd à Domini voluntate, expressa Prophete voce, cervicose defecerit, & respondet stomachice: *Imò audivi.* Errorem propugnat. Condicio philautiæ est. Vocem audit, ubi ad Dei vocem sarfescit. Præceptum frangitur, & ad unguem implere sibi videtur. Cæcitas summa, vel obcæcatio mentis in assentationem pravissimè voluntatis: igitur eò devenit amentia, & philautiæ detestabilis audacia: ut arbitraretur divinæ voluntatis impieville exactè legem, ad plac-

tum & ad lubricum sequens propriam voluntatem. Deus insit: quomoddò iusserit, viderit: ergo implèvi, imò *vocem audivi.* Prorsum intolerabile, & audibile ab effronte: igitur philautia ita dementavit, vanis coloribus errorem depinxit, prævaricatum depravavit iudicium, & ut summam iniuriam arbitraretur obsequium. Hic non tantum error, sed furor: admittit enim mentem, vitium amoris ostentare virtutem.

5 *Platea civitatis* (ut vidimus, sive pavimentum) *aurum mundum, tanquam vitrum.* Obijcitur, quid virtus per se, & simul cum amore proprio sit. Virtuti uti auro datur mundities: *Aurum mundum.* Amori proprio uti vitro species pulchra splendoris: *tanquam vitrum perlucidum.* Auri virtutis rutilat pretiositas, ni accedat vitri splendoris fragilitas: quæ provenit à philautia: equidem quæ magis æstimatione pretiosa; si virtus leviter tangitur, tanquam vitrum infeliciter confringitur. Ludic sæpe phantasia, potissimè ludente fortunâ, in propriam æstimatione dotium, cogitatione apparentium divitarum, ubi summa pauperies, splendore dignitatis, ostendit ut aurum vitri fragmentum, quia splendore præcognoscatur fragilitas: quandoquidem non splendet purissimum aurum, si accedit vanitas. Extolluntur ut frangantur; quia quæ vanitas tanquam aurum ostenduntur. Haud respiciunt, eò habeant coram oculis speculæ: quin considerent, indoratum sine meritis, exigui ita laboris in officina artificis, ut quod à fortuna formator ludente statu, ut iterum ludat, & rideat, alidit icæ. Sed hoc aliàs.

6 Artifices vitri in voluptatem introentium efformare solent delectabile præstigiolum oculorum. Suffiant in tubo massam, statque vitrum exit in mirificam formam; quæ eò pulchrior, quò corporis gracilitate succulior: equidem tristes apparent colores iridis præut florent inflato vivide mille colores. Haud possunt removeri oculi ad huiusmodi luminum philtro, sensus delectabilis in blandimen spectaculo: pigaretque animum, tantam amœnitatem figurari per ventum. Quò magis ventum recipit, magis lucet, & intumescit: quò magis intumescit, fragilitatem auget. Exilitate extenditur, extensioneque impellente vento rumpitur: unde redactus globus in lucidum minutissimum pulverem, volitat suis ramentis per ærem. Vide Turneb. 10. *Adversar.* cap. 23. & Bulenger. 2. de *Pillar.* cap. 4. Alludit Martial lib. 14. *Epigram.* 115. lucinens:

*Aspicis ingenium Nil: quibus addere plura
Dum cupis, ab: quoties perdidit auctor opus.*

Propria voluntati studium arbitratu Dei obsequium.

Apoc. 22.

Indigni formatione formatur & franguntur.

Insus in formatione vitri.

Martial.

Placuit & volupe visum artificium, quod deducit in animi documentum, & proprij amoris utilissimum odium. Vitrum est, quia non subsistit, quicquid in mundo splendescens apparet. Flatu enim fingitur & flatu solvitur: crescitque fragilitas, quia vitrum extenditur in vanitates & insanias falsas. Modò aliquatenus subsistit: si extenditur sine modo, rumpitur & perit. Stat vel exile; si ad amulsim pompa status efformatur: modò corpus extenuetur, effringitur. Sic stando stabit: evanesceat, si tumescit, equidem cum entitas levis, formatur ac deformatur entitate aëris. Apparentia allicit, attenuatum non splendet: imò definit in pulverem, quod uti vitrum tendebat in splendorem. Fragilitas cognoscitur, dum flatu rumpitur. Quid fragile vitrum & aëre plenum? In examen exitus vanitatis, pulvis & pulvis.

7 Ergo instituto. Vitrum exponitur per lucidum & mundum aërem. Vitrum perlucidum vasa philautia, & aurum mundum virtus momentis pretiosa; in qua debet esse cordis cautio, ne propter splendorem vanum miscatur vitro, quod in mille colores flatu tumens extenditur, & flatu brevi momento corruptitur: etenim amore proprio non aurea pretiosa virtus, sed tantum ventus & ventus. Adhuc virus nocuus ducti in desideria cordis, sine ullo vestigio mentis. Mundities ostenditur in auro, vanitas in vitro: & à philauto quod perlucidum vitrum, exponitur uti mundum pretiosum aurum; quia ita mentis impositus, ita infatuatione cæcus, ut proprij splendoris vanitatem, ostendet gloriose inflatus tanquam virtutem. Sed unde hoc? Amor proprius sibi lex, *Non Dominicus, sed suis inclusi oculibus; pro lege est desideriorum voluptas:* inquit Monachorum Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 1. Etiam Profanus de capite philauto, in *Adelph.* Act. 1. scen. 3. v. 19.

Nisi quod ipsa fecit, nil rectum putat. Rectum, quoniam ipse fecit, vitro fulgente pro auri virtutis pretiositate, eminentia munditia, sed maculatà conscientia: quandoquidem phantasticè vult haberi splendorem conscientie mundiciem, contemptibilis vitri micante utilitatem, ut virtutis perfectionem.

8 Hæc via in oculis philanti videtur recta, sed in exitu amarissima; quoniam apparentia virtutis, nimium credens exterioritati coloris, in studijs fit penitus abominabilis. *Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ* (inquit Sapiens) *lustus perit in iustitia sua:* Iustitia in damnatione? Non iustitiæ, sed propriæ iustitiæ studium: *lustus in iustitia sua,* quæ ad iustitiam non est norma, sed

Lesbia regula, flexibilis ad nutum & commo-

dum, legem aprans voluntati, quæ fugit à lege: vanitatisque dies dicuntur, dum iustitiæ consilia propriæ voluntati apantur; quoniam dum voluntariosi demonstrare vult virtutem, ex iustitiæ sua tantum querit vanitatem. *Debemus iustitiam discere* (inquit Hieron. in *Isai.* 26. 10.) *nec considerare in proprio iudicio: est enim iustus, qui perat in iustitia sua: non quo iustus sit, sed quo sibi iustus esse videatur.* In eius iudicio iustitia picta, & non est sanctitas quæ virtus in apparentia: equidem cum iudicium sit à recta ratione, & iustitia ab immutabili lege, dum iustus iustitiæ propria, excluditur à corde vera ac solida iustitiæ: quæ quidem quia videtur, non videtur; sed quia in corde iuxta legem custoditur: igitur iudicium proprium, non est virtutis iudicium sed cæcitate error, vanitatis amor, demonstans vitrum ut aurum, vilipendiam gloriosum, profundam iniquitatem, ac virtutem apparentem. *Hic tristissima quæque via* (ait Senec. de *Vit. beat.* c. 1.) *sed celeberrima, maximè decipit. Nocet enim applicari antecedentibus. Dum unusquisque mavult credere, quàm iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur: versatque nos, & precipitat traditus per manus error. Nunc verò stat contra rationem, defensor mali sui.* Tota perfectio vitæ penes virtutis fidem, haud penes perfectionis entitatem patulo morbo vulnerati pectoris, quia defensione unius patefcunt plures errores.

9 Floridissimè Cyrillus Alexandrin. in *Specul. Sapient.* repræsentat huiusmodi maniam, & proprij amoris demerentiam; ut quæ defectus latentes Narcissi negant, saltem superventuro dedecore respiciant. Erat quidam, commisit civitas insignis & ordine & pulchritudine; ad quam transire nequibant nisi immaculati. Unde ne transiret impuri, erit pons molis ingentis, & in exitum pro exploratione custodes vigiles; qui à transeunte defectum conficente denarium accipiebant; quippe aliter vel Magnates transire non poterant: secus qui noxam factus, eò immundus: etenim macula commovere civitatem non auderet, si se cum labe cognosceret. Accessit quidam repumicatus omnino pallio involutus, qui scabiosus à custodibus recognitus. Petitur denarius. Abiit solutionem, & simul fatente pruritu scabiem. Unde si corpore haud levis, æstimationi propter voluptatem fricationis pelliculis flores. Sit ergo, respondente, & eò infirmitate contentus; sed recede, non transibis: recede, & iterum sis urbanus (Erat enim petasatus galeucus, ne videretur capitis læsa portio) ringente expulso & despiciente

Sollicitas vanitatem.

Hieron.

Iudicis tunc non est iudicium.

Senec.

Audacissimus.

Error & erroris amor.

Vers. 20.

Vers. 3. & 21.

Sub larva sanctitatis.

exploratorum iudicium, unus pugno è capite excussit galerum: quo apparuit alopecia miser sedatus. *Alius* (dixerunt) *nummus*. Renuit, dicens nullam esse infirmitatem, sed pravi humoris providam expulsiōnem: seque ingressurum, quanvis rumpebantur. Riserunt custodes: sed cum irueret, veste detentus, sed seisa: apparuerunt in pectore tubera. *Alius denarius*: clamauerunt. *Imò alius & alius, igitur summa macula, vulnera interna*. Ni dederis, non transibis: eni disrpta vestis: quam cum sumere velit infelix, se inclinans apparuit gibber.

Nummus & nummus: iterarunt custodes. Negabat, & illis inuicis ingredi tot maculis insillibat: quasi ibi posset degere, cum se nollet tot defectibus cognoscere. Irritavit igitur perniciosa patientiam exploratorum, ob pravam de se iudicium. Unde commota bile, decreuerunt, ut ablueretur demittere è ponte: quandoquidem ut pro singulis maculis solueret nummum; non sat patrimonium regium: tanta morborum ubertas, ut à planta pedis usque ad verticem nulla esset fanica: illique videbatur amenti, vel inter immaculatos transire posse; quin vel inter iacentes nequibat sine horrore transire: numerum ægritudinum tumide auxit, dum unum morbum confiteri noluit; & valens in iudicio sine iudicij reductiue iacuit: igitur etiam percussit vulnerem mentem; deletericum languorem; dexteriorem reputare sanitatem.

Fabula narratur mutato nomine de te,

Qui reliquos spernis cæcus amore tui.

10 Psalmographus suffragatur acuminis. Rete seiplos amantium, est de se singulare iudicium. Hoc morbo etsi plurimi laborent, de ægritudine gaudent, quin de remedio cogitent, sese patrocinantes, ac vulneribus blandientes. Non sollicit pharmacum, qui non cognoscit venenum, nec ex illo periculum. Ita in capturam disponitur amor proprius. *Cadent* (inquit) *in retiaculo eius peccatores*. Apposuit: sere peccatores infirmitates proprias vocant virtutes: & huiusmodi iudicium est retiaculum, quia vel in rete non cognoscunt periculum. Hinc Maluend. *Rete iaculo*: igitur amore proprio comprehensus, indicat iudicij vulnus. Sic igitur peccatores in prædam: *Singulariter* (subdit) *sum ego, donec transeam*. En in civitatem pons. Cur non transit? Quia singulariter est. Virulentior animæ infirmitas est singularitas, iaculum mentis & blandimen voluntatis. Nihil coinquinarum intrat in gloriam: dicitque de se, *Singulariter sum ego, donec transcam*; quip-

pe cum vulnere amoris, sedâ singularitate, nequaquam potest transire. Morbus est illud: *Non sum sicut cateri*. Luc. 18. 11. Non solum est vanitas, sed lethalis infirmitas, eò periculiosior, quò latentior: igitur fert secum pestem, vulnera, iaculum; ni dimittat proprium de singularitate iudicium. Morbus & lethalis est; nec sine iudice in occultiore vulnere: quandoquidem cognoscitur ex intumescencia, quòd percussa introrsum viscera.

11 Tympanitis, singularis describitur languor à Medicis: vide Theophil. Bonet, & Manget in *Bibliothec. Medic.* ex Sennerio, lib. 3. *Praxis*. Articulum vulnerati ostendit Reyes Franc. in *Elyf. camp.* quæst. 95: *Faciem* (inquit) *video cum iugulo inflatam: palpebræ cum supercilij tam altè assurgebant, ut vix oculi conspicerentur*. Eodem modo labia, nasus, fons, & cateræ faciei partes, ut mox pectus unâ cum ventre magni utrius magnitudinem velut extenderet. *Laeso quippe corde & pectore vulnerato, flatus in magna copia*. Ubi magna copia flatus, cordis est vulnus: minime tamidum pectus; ni intra viscera philautiæ lateret vomica, insidians vitæ efficacitate virulentia: equidem cum copia flatus non expellatur, pectus cordis lesione ex vanitate distenditur. De Physalo pisce venenato, diximus, *Tom. 3. T. 6. D. 4. n. 13.* ex Ravifio: alia videnda ex Æliano. *Nullo habet oculos* (inquit, lib. 3. *Hist. Animal.* cap. 18, *hec capitis figuram expressam*. Cum primum est extra aquam inflatur: tactus magis ac magis intumescens exardescit: tuncque siquis eum assidue moveat præ putredine ex inflatione, totus tanquam morbo inter cutem affectus, perlucet; denique disrumpitur. Simulachrum expressum philauti cordis, & interioris in vomica vulneris; qua per flatus in cerebrum, mentis consilium amittitur, & in quolibet verbo venenum vomitur: igitur ita virulentia inflationis obæcat; ut tumidus in crepitu inflationem non videat. *Cacilia serpens est* (ait Columell. lib. 7. cap. 3.) *à cæcitate dicitur; noxium virus*: subdit Ravif. *Text. 7. Officin.* cap. 40. *Noxium virus*: sed vehementius, amor proprius: etenim cæcitas in oculorum lumine, indicat virus inflato federe cordi. Noxium virus, caterum plus amor proprius: igitur non solum impedit oculorum lumen; sed etiam obstat cognoscere cæcitatenti. Si cognosceret, damnum ex cæcitate caveret: at cum infletur adinstar Physali, sine ulla veneni cognitione; ob læsam inflatione phantassiam, nec capitis habet ullam figuram expressam: quan-

Reyes-Franc. Tympanitis.

Conditio Physali piscis Æliano.

Cacilia serpens.

quandoquidem constat non habere caput per cordis vulnus, ubi præ toxico inflatur tumide pectus.

12 Si videret, ex inflatione tabescere, putrescere cogitaret; haud tactus intumescendo exardesceret. Renuit concedere inflationem, ac recipere mentem, quasi timore deauraret vitium, & expelleret venenum; quod ægritudine aufercit, & defensionem gliscit, usque in putrefactionem viscerum, atque cæcitatem oculorum. Verum philautus longè à cognitione, ubi tumescens arbitratu præluere: quin ulla insit consilij claritas, ubi tanta regnat cæcitas: quod damno & damno, præcipitio ac præcipitio, potius eligat rumpi, quam exinfrari: potius inflatus mori, quam detumescere: Spongia tassa contrahitur, buso distenditur. Vid. Ælian. d. lib. 8. cap. 16. Contractione spongia aquam amarum evacuat, sese quasi ad nihilum reformat. Quò magis pungitur, magis contrahitur: buso contra magis inflatur, quò pungitur: spectaculum cordis philauti sine cognitione internæ malignitatis, sed indice veneni coram oculis: igitur si pectus etiam levi tactu tumidum, constat perspicuò intus habere venenum.

Inventaque cavis buso, & que plurima terra.

Monstra ferunt.

Nequit confiteri internam pectoris ægritudinem: & ostenditur palam per inflationem: equidem defectus quò magis oculitur, magis ostenditur. De Caligula refert Sueton. in eo, cap. 50. circa verticem calvum fuisse;

Quare (insit) *transente eo, prospicere ex superiore parte; criminosum & exitiale*. Speculum claret amoris proprii deformitatem celantis: igitur dum prospicit, an prospiciatur; spectat, deluper an spectetur; faciem elevat: & quòd studiosè occultat, plenam calvicem pone atlantibus demonstrat.

13 *Viam sapientia, & viam erroris* recolat aliquando Scriptura. Cur igitur non dicitur error & sapientia, sed tantum via? Quia in huiusmodi semitis cuncta obliquitates & animi treccitudines. Via sapientia, cognitio sui: & non dicitur sapientia, sed sapientia: quippe dotè propriæ cognitionis, aperitur campus in omnes virtutes. Via erroris est detestabilis philautia, ac cœnodoxia, interior arrogantia & exterior insolentia, amor sui ex pestilentia tabifici morbi: diciturque errorum via, portaque pervia obæcato introrsum corde; quippequam non tantum error, sed errores universi. Sine cognitione errorum & defectuum ex carnis macula, errare facit amor homines in invio & non in via: siquidem in cœlum error, estò prosper, non est iter. Hippanicè: *Pretender por este camino subir al Cielo, no lleva camino*. In primis finibus *hostis arcendus est* (inquit Senec. 1. de Ira, cap. 8.) *nam cum intravit, & portis se intulit; modum à captivis non accipit*. Prodit post quasi ex adipe iniquitas, quam comitatur cordis durities & cæcitas: quibus vanitas extollitur, &

Felix scelus virtus vocatur.

Sueton. Amoris proprii defectus ostenditur, dum occultatur.

Prov. 4. 12. Sapient. 12. 24. Sapientia cognitio sui.

In philautia erroris universi.

In Furent. 7. 254.

